7 Rex ipse p eundem pontem in Nortmanniã copias tra
iecit. 7 ex alia pte Francisc⁹ Britannie ꝓnceps exercitum
ducit. Dux sũmerseti eam ꝓuinciam pro rege ãnglie cum
imperio tenebat. Qui postꝫ tanti belli molem in se verti
cognouit. Talbotum copiarũ ducem fama clarum. 7 rebus
gestis insignem. Rothomagi apud se esse iussit. sperans ex
consilio atque armis ciuitatez cuius nutare animos anim-
aduerterat in fide continere. Sed frustra eius consiliũ fuit.
Nam Rothomagenses postquã regem appropinqre didi
cerunt. missis ad eum legatis sniam suam ac fortunaꝫ suaꝫ
pacti salutem exercitũ intra vrbem recipere 7 imperata fa-
cere promiserũt. Quib⁹ a rege collaudatis 7 domũ cum p-
sidio militum remissis vrbs regi dedita est. Talbotus cum
duce suisq; oibus in arcem sese recepit. que cum oppugnari
cepta esset. interuentu Rhenati regis ea compositio facta ẽ
vt Anglici que in Nortmãnia retinebant. oppidis excede
rent. Dux ac Talbotus cum suis liberi essent/ Sed cum p-
fecti oppidorũ non parerent. Dux somerseti dimissis i arce
Talbato 7 duob⁹ privignis suis clam recessit in ãngliam
ãnx postea dedita est 7 privigni ducis cũ Talboto in po-
testatem regis facti sunt. Talbot⁹ vero cuz esset clara apud
oẽs fama quam nõ malis artib⁹ sed robore corpis 7 igenij
dexteritate in apto marte quesiuisset data fide quod aduer
sus francos deinceps arma non gereret. libere dimissus est
Hic ãno jubilei indulgentie causa Romã venit vt q̃dã pu-
tant absolutionẽ quesitur⁹ eius pmissi qd regi francie fece-
rat. mihi hoc minime comptum est. Illud constat Talborũ
cum in ãngliam redisset. janqz rex francie e victa oi Nort
mannia/ Burdegalam quoqz armis subegisset a rege suo
nõ sine magnis coptis in Basconiam cum imperio missum
et Burdegalam recuperasse. 7 alia pleraque castella que
ab imperio ãnglicano destinerant partim vi expugnasse.